


1615



B.

Littera Serenissimi Electoris ad S. R. M^{tes}
in causa religionis.

Serenissime Rex, D^{ne} consanguinee & affinis,
uti parens colende S. R. M^{tes} omnis felicitatis
& prosperitatis perennitatem ex animo precamur.

Etsi perquam miri, de negotio quod nunc occurrit. S. R. M^{tes} V^{ra}
interpellamus, quia tamen tranquillitas Ducatus Prussiae in eo ver-
satur, idq; adeo à S. R. M^{tes} V^{ra} vultum capit, facere non possumus
quin ad eundem de tota Summa rei libere & confidenter, ea quae
par est reverentia perscrutemur.

Allatae sunt ad nos Superioribus mensibus litterae à S. R. M^{tes} V^{ra}
ad Consiliarios Regentes scriptae, quibus monentur, ut Religionis in
Ducatu conservanda diligentem rationem habeat, nec in ea aliquid
perfectum (quam appellant) Calvinisticam innovari patientur.
Adiunctum illis erat exemplar rescripti eisdem firmi tenoris ad
Consiliarios terrestres directi, quibus visus varii sane affecti sumus.
Etsi enim sollicitudinem S. R. M^{tes} vestrae grati animo agnovimus,
nequam ullo modo improbare possumus, facile t^o concecimus
S. R. M^{tes} V^{rae} de nobis sinistra quadam à malevolis nostris re-
lata esse, quibus in eam suspicionem adducta fuerit, quasi man-
fationem Religionis in Ducatu moliri, aut novas Sectas introducere
conarentur. Quod cum nunquam mentem nostram ulla con-
suetudine subiecit, doluimus profecto nos S. R. M^{tes} V^{rae} eo no-

minic adeo iam suspectos esse, ut omnis nobis, recta ad
Consiliis & Status Provincia rem deferendam putarit,
Cuius tamen conscientia nostra ipsas facti evidentia, nos
satis excusabant, continendos nos putavimus, donec quid non,
nulli harum literarum occasione molituri essent, pleris cognos-
ceremus, neque enim studia quorundam, qui omnes turbande
Provincia, eosque quos sibi obstare putant, opprimendi rationes qua-
erunt, nobis sunt obscura. Quod itaque veriti sumus, id iam pau-
latim sese prodit, dum in eo iam nonnulli laborant, ut viros
virtute, multisque alijs nominibus se longe praestantiores & de
Regibus bene meritos, sub praetextu religionis infestent, & vel
plani gradus moveant, aut certe ad oblationes & purgationes,
nescimus quas non sine ignominia adigant, quae res quidem
nobis plane intoleranda & in Regibus Catholica nullo
modo admittenda videtur. Ad nos quod attinet parati esse,
mus S. R. M. Vrae plenam fidei & religionis nostra
confessionem exhibere, quae verbo DEI, scriptis Apostolicis,
plane consentaneam esse per DEI gratiam noverimus, neque
Calvinio aut ulli hominum in negotio fidei nos addisimus,
interim tamen (ut in pauca rem contrahamus) nos
Consensum Sandomiensem in unclio Regno Poloniae rece-
ptum, in quo & Augustana confessio retinetur, am-

plecti seuo profitemur, nullis autem vel ex minimis subdi-
forum nostrorum conscientiam gravare, multo magis in Puf-
sia, aut in doctrina aut ceremonijs quicquam innovare sta-
tuimus. Fieri sane potest ut in Puffia nonnulli existant
praeter eos, qui se Ubiquitarios vocant, qui omnibus Theo-
logum opinionibus non assentantur, sed remota disputationi-
bus istis nobiscum concordum Sendimiriensem simpliciter ex-
quantur, sine ulla ceremoniarum in Ducatu mutatione, in
eos, modo impohtentis disputationibus & libationibus publicis
abstineant, nos nunquam severis inquirendum putavimus,
sed hoc potius egimus, ut si quid in uno aut altero emi-
cuerit, quo Resp. Jurari posse visa est, in eo quam rectissime
ad publica commoda promovenda uteremur. Ibi cum sibi
obstare ambrosos, quaedam ingenia sentiant, optatissimam
eos opprimendi occasionem per literas S. R. M. S. V. sibi
oblatam esse existimant, itaque de conventu habendo
& inquisitione contra eos instituenda, consilio inveniunt,
quo ipso homines furati plus sibi arrogent, quam illo
legitimo Magistratui omnium sanctorum iudicio competit;
Dominatum enim in conscientias fratrum & popularium suorum
affectant, quem nec Princeps in subditos iure sibi vendicat,

Quante vero turbae ac factiones in Provincia inde ori-
tune sint, nemini potest esse obscurum, cum ij, quibus ma-
chine istae intenduntur, se tam facile opprimi, aut ad inhone-
stas illas abiectiones adduci, nequaquam passuri, nec praesidijs
ad defensionem necessarijs sint destituti. Etsi autem menti-
bus istis in verba (quod dicitur) compumendis manum liben-
ter admoveamus, quia tamen turbones isti literis S. R. M.
Vrae sese munitos existimant, ad eundem ante omnia referen-
dum putavimus, certissimo peccati, nunquam S. R. M. Vrae
in mente fuisse, ut viris honestis, probis, quibus, quorum
virtus Reip. utilis e, & prospecta integritas, occasione libe-
rarum istarum periculum creetur, etiam si non omnibus,
quae in Scholis Theologicis disputantur, aut quorundam ubi-
quitariorum opinionibus recepta sunt, assensum praebent,
id quod etiam litera S. R. M. Vrae satis innuunt, dum
expressi de novatoribus loquentur, quos in Austria Ducati
nullos esse novimus. Quia tamen cavendum est, ne alij
aviditabilibus indulgentes, literas eas latius interpretentur, factissimum
fuerit, si S. R. M. Vrae peculiari scripto mentem suam declara-
verit, atq; ostenderit, nolle se literis prioribus novas in Duca-
tu herbas excitari, aut religionis negotium intempestive moveri,

multo magis Dominalem conscientiam, quem nec S. R. M. V. affectet inferioribus committere. Moree itaq; tam Con-
siliarios, Regentes quam terrestres, ne prores R. M. V. literas
in alium sensum detorqueant, aut sibi licentiam contra popu-
lares suos viros, bonos, honestos & quietos (Turbarum enim
caam non agnovimus) ingruendi concessam arbitrentur, quin
potius, rem in eo quo nunc est stari, & suam cum conscien-
tiam liberam relinquunt, neq; novis contentioibus occasionem
praestent, in eor; exemplum S. R. M. V. & totius regni sequantur.

Id si S. R. M. V. praestiterit, procul dubio conatus illorum
hominum facile infringentur, & quieti Provinciae consulebitur,
eor; ipso R. M. V. de vobis totaq; Provincia optime mere-
bitur. R. vero M. V. Seno Sanctiq; qua ipsi obstructi su-
mus fide promittimus, nos nihil in Ducatu Prussia in causa Re-
ligionis novaturus, aut cuiusq; conscientiam ulla ratione grava-
turus. Haec cum & aequissima sint, & a scopo S. R. M. V.
procul dubio non aliena, nos a R. M. V. facile impetabit,
vos confirmamus, cui studia & officia nostra, cum festificatione
perpetui cultus & observantiae amanter deperimus, eidem a Deo
ter opt: max: prosperemus Consiliorum actionumq; omnium
Successus ex animo precantes. Dabantur ex arce nostra
Coloniae ad Spream 18 Febr. Anno 1615.

